

Bijlage VWO
2024

tijdvak 2

Latijnse taal en cultuur

Tekstboekje

Ga verder op de volgende pagina.

Afbeelding 1



Prins Ferdinand van Spanje afgebeeld als Hannibal onderweg in de Alpen, gravure door J. Meursius, 1636

Tekst 1

Hannibal spreekt zijn mannen toe aan de Italische kant van de Alpen.

1 “Quocumque circumtuli oculos, plena omnia video animorum ac
2 roboris, veteranum peditem, generosissimarum gentium equites frenatos
3 infrenatosque, vos socios fidelissimos fortissimosque, vos,
4 Carthaginienses, cum ob patriam, tum ob iram iustissimam pugnatu-
5 ros. Inferimus bellum infestisque signis descendimus in Italiam, tanto audacius
6 fortiusque pugnaturi quam hostis, quanto maior spes, maior est animus
7 inferentis vim quam arcentis. Accendit praeterea et stimulat animos dolor,
8 iniuria, indignitas. Ad supplicium depoposcerunt me ducem primum,
9 deinde vos omnes qui Saguntum oppugnassetis; deditos ultimis
10 cruciatibus adfecturi fuerunt. Crudelissima ac superbissima gens sua
11 omnia sui-que arbitrii facit; cum quibus bellum, cum quibus pacem
12 habeamus, se modum imponere aequum censet. Circumscribit includitque
13 nos terminis montium fluminumque, quos non excedamus, neque eos,
14 quos statuit, terminos observat: “Ne transieris Hiberum; ne quid rei tibi sit
15 cum Saguntinis.” Ad Hiberum est Saguntum? “Nusquam te vestigio
16 moveris.” Parum est quod veterrimas provincias meas, Siciliam ac
17 Sardiniam, <ademisti>? Adimis etiam Hispanias et, si inde cessero, in
18 Africam transcendes. <Transcendes> autem? Transcendisse dico. Duos
19 consules huius anni, unum in Africam, alterum in Hispaniam miserunt.
20 Nihil usquam nobis relictum est nisi quod armis vindicarimus. Illis timidus
21 et ignavis esse licet, qui respectum habent, quos sua terra, suus ager per
22 tuta ac pacata itinera fugientes accipient: vobis necesse est fortibus viris
23 esse et, omnibus inter victoriam mortemve certa desperatione abruptis,
24 aut vincere aut, si fortuna dubitabit, in proelio potius quam in fuga
25 mortem oppetere. Si hoc [bene fixum] omnibus destinatum in animo est,
26 iterum dicam, vicistis; nullum contemptu m<ortis incitamentum> ad
27 vincendum homini ab dis immortalibus acrius datum est.”

Livius, Ab Urbe Condita 21.44

Tekst 2

Hannibal bij Rome.

1 Intussen bracht Hannibal zijn kamp dichterbij, naar de rivier de Anio, drie
2 mijl vanaf de stad. Nadat daar het kampement opgeslagen was, vertrok
3 hijzelf te paard met tweeduizend ruiters naar de Porta Collina, tot bij de
4 tempel van Hercules en bekeek hij van zo dichtbij mogelijk de muren en
5 de ligging van de stad. Dat hij dat ongehinderd en in alle rust deed, vond
6 Flaccus schandelijk; daarom stuurde hij er ruiters op af en beval hun de
7 vijand weg te jagen en in hun kamp terug te drijven. Nadat het gevecht
8 begonnen was, bevalen de consuls de Numidische overlopers, van wie er
9 toen tegen de 1200 op de Aventijn waren, midden door de stad naar de
10 Esquilijn te gaan; ze meenden dat niemand beter geschikt zou zijn voor
11 een gevecht in de dalen en tussen de graven en de gebouwen in de
12 parken en in de geheel verlaten straten. Maar toen sommige mensen
13 vanaf de burcht op het Capitool hen te paard zagen afdalen langs de
14 Clivus Publicius, riepen ze dat de Aventijn ingenomen was. Dat
15 veroorzaakte zo'n chaos en paniek, dat de complete bange massa de stad
16 verlaten zou hebben, als het Punische kamp niet voor de stad gelegen zou
17 hebben. Nu vluchtten ze in hun huizen en in gebouwen, en vielen ze met
18 stenen en speren hun eigen mensen aan die nog in de straten liepen,
19 alsof dat vijanden waren. En de chaos kon niet tot rust gebracht worden
20 en de vergissing niet opgehelderd, omdat de wegen overvol waren met
21 grote hoeveelheden boeren en vee die door de plotselinge paniek naar de
22 stad gedreven waren. Het gevecht tussen de ruiters verliep gunstig en de
23 vijanden werden verdreven. En omdat op allerlei plaatsen opstootjes
24 onderdrukt moesten worden die zomaar ontstaan waren, werd er besloten
25 dat iedereen die ooit dictator, consul of censor geweest was, aangesteld
26 werd als bevelvoerend officier, totdat de vijand zich van de muren
27 teruggetrokken zou hebben. De rest van de dag en de volgende nacht
28 ontstonden er nog veel spontane opstootjes, die onderdrukt werden.

29 Postero die transgressus Anienem Hannibal in aciem omnes copias
30 eduxit; nec Flaccus consulesque certamen detractavere. Instructis
31 utrimque exercitibus in eius pugnae casum in qua urbs Roma victori
32 praemium esset, imber ingens grandine mixtus ita utramque aciem
33 turbavit ut vix armis retentis in castra sese receperint, nullius rei minore
34 quam hostium metu. Et postero die eodem loco acies instructas eadem
35 tempestas diremit; ubi recepissent se in castra, mira serenitas cum
36 tranquillitate oriebatur. In religionem ea res apud Poenos versa est,
37 auditaque vox Hannibalis fertur potiundae sibi urbis Romae modo mentem
38 non dari, modo fortunam. Minuere etiam spem eius duae aliae, parva
39 magnaue, res, magna illa quod cum ipse ad moenia urbis Romae
40 armatus sederet milites sub vexillis in supplementum Hispaniae profectos
41 audiit, parva autem quod per eos dies eum forte agrum in quo ipse castra
42 haberet venisse nihil ob id deminuto pretio cognitum ex quodam captivo
43 est. Id vero adeo superbum atque indignum visum eius soli quod ipse
44 bello captum possideret haberetque inventum Romae emptorem ut
45 extemplo vocato praecone tabernas argentarias quae circa forum
46 Romanum essent iusserit venire.

47 His motus ad Tutiam fluvium castra rettulit sex milia passuum ab urbe.

Livius, Ab Urbe Condita 26.10.3-26.11.8

Tekst 3

Hannibal krijgt opdracht Italië te verlaten.

1 Postquam edita sunt mandata, "Iam non perplexe" inquit "sed palam
2 revocant qui vetando supplementum et pecuniam mitti iam pridem
3 retrahebant. Vicit ergo Hannibalem non populus Romanus totiens caesus
4 fugatusque sed senatus Carthaginensis obtrectatione atque invidia;
5 neque hac deformitate reditus mei tam P. Scipio exsultabit atque efferet
6 sese quam Hanno qui domum nostram quando alia re non potuit ruina
7 Carthaginis oppressit."

8 Iam hoc ipsum praesagiens animo praeparaverat ante naves. Itaque
9 inutili militum turba praesidii specie in oppida Bruttii agri quae pauca
10 metu magis quam fide continebantur dimissa, quod roboris in exercitu
11 erat in Africam transvexit, multis Italici generis, quia in Africam secuturos
12 abnuentes concesserant in Iunonis Lacinae delubrum inviolatum ad eam
13 diem, in templo ipso foede interfectis. Raro quemquam alium patriam
14 exsilio causa relinquentem tam maestum abisse ferunt quam Hannibalem
15 hostium terra excedentem; respexisse saepe Italiae litora, et deos
16 hominesque accusantem in se quoque ac suum ipsius caput exsecratum
17 quod non cruentum ab Cannensi victoria militem Romam duxisset;
18 Scipionem ire ad Carthaginem ausum qui consul hostem Poenum in Italia
19 non vidisset: se, centum milibus armatorum ad Trasumenum ad Cannas
20 caesis, circa Casilinum Cumasque et Nolam consenuisse. Haec accusans
21 querensque ex diutina possessione Italiae est detractus.

Livius, Ab Urbe Condita 30.20.2-9

Tekst 4

De Romeinse generaal Manlius heeft in Klein-Azië het volk van de Galaten verslagen. Hij keert in 188 voor Christus met zijn leger en enorm veel buit terug naar Italië.

In de onderstaande tekst is Manlius in Noord-Griekenland onderweg in het bergachtige gebied van de Thraciërs. De Thraciërs bestaan uit veel verschillende volken.

- 1 Vanaf de stad Cypsela volgde een smalle, steile weg door de bossen,
- 2 met een lengte van ongeveer tien mijl. Propter cuius difficultatem itineris
- 3 in duas partes divisus exercitus, et praecedere una iussa, altera magno
- 4 intervallo cogere agmen. Media impedimenta interposuit. Plaustra cum
- 5 pecunia publica erant pretiosaque alia praeda. Ita cum per saltum iret,
- 6 Thraecum decem haud amplius milia ex quattuor populis, Astii et Caeni
- 7 et Maduateni et Coreli, ad ipsas angustias viam circumsederunt.
- 8 Opinio erat non sine Philippi Macedonum regis fraude id factum; eum
- 9 scisse non alia quam per Thraeciam redituros Romanos, et quantam
- 10 pecuniam secum portarent. In primo agmine imperator erat, sollicitus
- 11 propter iniquitatem locorum. Thraeces nihil se moverunt, donec armati
- 12 transirent. Postquam primos superasse angustias viderunt, postremos
- 13 nondum appropinquantes, impedimenta et sarcinas invadunt. Ze doodden
- 14 de bewakers en gingen er met veel buit vandoor.

Livius, Ab Urbe Condita 38.40.6-10

Aantekeningen

- regel 2* **cuius itineris = eius itineris**
- regel 3* **divisus** *Vul aan: est*
una *Vul aan: pars*
iussa *Vul aan: est*
altera *Vul aan: pars*
- regel 4* **cogere agmen** de achterhoede vormen
Media *Predicatief vertalen.*
impedimenta (*onzijdig meervoud*) bagagetroepen
- regel 5* **interposuit** *Onderwerp: hij (= Manlius)*
erant dat waren ('dat' verwijst naar de bagagetroepen)
- regel 6* **Ita cum = Cum ita**
Thraex, -cis Thraciër
- regel 6-7* **decem haud amplius milia** hoogstens tienduizend
Astii, Caeni, Maduateni, Coreli Astiërs, Caeniërs, Maduateniërs, Coreliërs
- regel 7* **ipsas** *Onvertaald laten.*
- regel 8* **Opinio** *namelijk bij de Romeinen*
non t/m fraude door verraad door de Macedonische koning Philippus (*Macedonië grenst aan Thracië*)
factum *Vul aan: esse*
- regel 9* **scisse = scivisse** - *Hiervan is eerst een a.c.i.-constructie afhankelijk, en daarna ook de bijzin quantam t/m portarent (regel 9-10).*
alia langs een andere route
Thraecia Thracië
redituros *Vul aan: esse*
- regel 10* **imperator** *Hiermee wordt Manlius bedoeld.*
- regel 11* **Thraex, -cis** Thraciër
armati de gewapenden (*de Romeinen die voorop liepen*)
- regel 12* **transire** langsmarcheren
superasse = superavisse
- regel 12-13* **postremos nondum appropinquantes = et postremos nondum appropinquantes viderunt**
- regel 13* **impedimenta** (*onzijdig meervoud*) bagagetroepen